



Universitätsbibliothek Paderborn

Rev. P. Francisci Josephi à Rodt Capuccini Anterioris Austriæ Provinciæ. Opus ...

Planctvs Ecclesiæ Et Animæ - Super Caput Primum Lamentationum
Jeremiæ Prophetæ. Allegorice, Et Moraliter Expositus, & Distributus In
Discursus LII. Concinatorios Quadragesimales ... ; Scilicet Liber Vitæ, Et
Excessvs Amoris ...

Rodt, Franz Joseph von

Campoduni, 1680

Thet. Sordes ejus in pedibus ejus, nec est recordata finis sui. Thr. 1. v. 9.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52659)



DISCURSUS XVII.

Teth.

Sordes ejus in pedibus ejus, nec est recordata finis sui. *Thren. 1. v. 9.*

DE ECCLESIA.

Deplorat, Christianos non amplius erubescere de sordibus peccatorum.

Math. c. 10. v. 5. Rom. c. 10. 15. Viagen- tium,

Est modum vivendi gentium.

Glossa moral.

Qui per lutosam incedit viam, lutum utique & sordes in pedibus contrahit. Sanctus dicitur pulis inhibuit Christus ad predicandum missis: *In viam gentium ne abieritis, cum enim esse debeant speciosi pedes Evangelizantium, in sordidam gentium viam Discipulos dimittere Christus noluit. Per hanc autem lutosam & sordidam gentium viam Hugo Cardinalis intelligit opera, & vitam gentili ignorantia, cui Glossa moralis consentit, in viam gentium ne abieritis, id est, modum vivendi eorum ne tenueritis. Quod etiam ad haereticos extendit glossa ordi-*

naria, ne simus (inquit) similes haereticis, ut eorum opera, & vitam sordidam teneamus.

Sed deplorat, pro dolor, afflicta mater Ecclesia, quod sordes adhæreant nimiae pedibus Christianorum, qui viam, & vitam gentium, & haereticorum terentes, & vocationis, finisque sui immemores, de sordibus peccatorum erubescere desierunt. Sordes ejus in pedibus ejus (plebis Christianae) nec est recordata finis sui.

Gloriantur summo opere filij hujus saeculi, si stirpem & profaniam suam ex nobili & illustri heroum sanguine noverint deducere; quin imò subinde munda

Glossa Ordin.

Sordes & viam gentium tenent Christiani.

II.

Christiani dicitur

di

di Monarchæ facile sibi persuaderi patiebantur, se divum sanguine fatos esse, prout Poëta ille Romano Cæsari accinuit: *Sanguine Christi te sanguine divum.* Sed cesset joculari fabulosa gentilitas, Christianos, sanguine Dei, sanguine Christi fatos esse non dubitet, quorum genus à sanguine, & nomine Christi derivatum est: *Ipsius enim & genus sumus*, testatur Apostolus, *Genus ergo cum simus Dei, & Christi, Dei filij*, etiam dignos nobilitate, progenie, & nomine nostro mores induti erubescamus, si sanguinem & profapiam nostram, tanquam degeneres filij, sordida vitâ maculemus, ore clarum Christiani nomen, & pedibus gentilium sordes circumferentes. Optimè ad memoriam nobis vocat Doctor Mellistius Christiani generis, & nominis professionem; *Christiani à Christo nomina acceperunt, operæ pretium ergo est, ut, sicut sunt heredes nominis, ita sint imitatores sanctitatis.* Nec se Christianos profiteantur, nisi etiam mores & vitam Christi assumpturi, in cujus imitationem in sacro Baptismatis fonte jurârunt. Quare gravibus hifce verbis Christianum quemvis S. Thomas de Villanova compellat: *Professio tua altissima est; si eam bene consideres, ut credo, totus contremisces.* Et inter alias ab Ecclesia in sacro baptis-

Act. 17.
v. 28.

Genus Dei
sumus.

S. Bernard
Heredes
nominis
Christi,
& vitæ.

S. Thom.
Villan.
Dom. 3.
Advent.

usitas ceremonias etiam ad mentem revocat: *Inducus es veste candidâ, & dictum est tibi; accipe vestem candidam, immaculatam, quam præferas ante tribunal Christi, per quam designatur innocentia baptismali.* Sed (bone Deus!) quomodo Christiane cum veste hac ante severum judicis tribunal comparere præsumis? quia (uti præfatus auctor monet) *Vestem illam sæpius sordidasti, polluisti cæno, & sanguine conculcasti, & concidisti fide mortuâ.*

O afflicta mater Ecclesia, inspice vestem hanc baptismalis innocentia; vide utrum tunica filii tui sit, an non? Utrique, tunica filii mei (Christiani) est, sed sordidata, polluta, sordes ejus in pedibus ejus, Hebræus legit, *in simbriis ejus.* Summè persona nobilis, maximè autem matrona erubesceret, si vestem sordibus, luto, inò & stercore pollutam circumferret, tanquam sus in volutabro versata; magnam utique pœnam, & dolorem facilius passura, quàm in publicum sordidis & fœtentibus ejusmodi vestibus in hominum conspectum processura.

Erubescere olim plebs Christiana vestem innocentia; baptismalis peccatorum sordibus maculatam circumferre, indignum Christiano nomine ejusmodi sordidatum æstimans, Christianum se olim profitebatur,

III.

tar, (vel potius simulabat) ingrati, & vile nobilissimi juvenis Romani Tiburtii mancipiū, Torquatus, proprii sui domini, apud judicem gentilem, proditor: à Domino ad Christianorum vitam se adductum conquestus. Sed quanam hujus egregij Christiani vita erat? Edebat, bibeat, & vomebat, uti de ipso zelosus Christiana fidei propugnator, Tiburtius, testabatur, in-

Torquatus ob ma-
los mores

Baron. An. 286.
n 19. &
27.

Indignus
astima-
tur Chris-
tiano no-
mine.

dignum proinde hominem, hunc vitiis sordidatum, Christiano nomine judicabat, hisce verbis (inter acta S. Martyris Sebastiani per Baronium annotatis) judicem interpellans: *Credisne Vir Illustrissime hunc esse Christianum? Qui in suo lenocinio moliendo capitis simbrias admittit? Qui tonsorem diligit? Qui scapulum molliter gestit? Qui fluxum gressuum improbo nisu distendit? Qui feminas curiosius intuetur? Nunquam tales pedes dignatus est Christus habere servos.*

Et quid apud modernos nostros Christianos usitatus, quàm edere, bibere, inebriari, & vomere? Quid communius in nostris gynecæis, quàm caput simbrisis, totumque corpus immoderato vestium luxu pretiosissimè & vanissimè non solum exornare, sed etiam nudum pectus prostituere? Et majorem diei partem in mundo muliebri conquirendo terere? Quis virorum non tonsorem diligit, adaptan-

Corrupti
mores
Christia-
nis com-
munes.

da pro moderno usu barbæ, & concinnandis capillis? Quis fictâ cesarie calvitiam, aut aliàs incultos, crines contegere erubescit? Quis non nobilium fluctuante corpore & pede generosum gressum fingit, & distendit? Quis à mulierum vanitate avertere oculos didicit? Imò quis nobilium non erubescit, non curiosos, non protervos, & impudicos gerere oculos?

Non minus quàm Iudæus, vel paganus sæculi pompas, & divitias perquiri, mundo non Christo vivit, & in mundialibus negotiis & gaudiis, quasi totam vitam tuam expendis, ait S. Thom. de Villanova. Et tamen hos modernus sæculi nostri status Christianos, & Christi servos compellet? Et de quibus olim erubescere plebs Christiana, jam usu, & inolitâ consuetudine erubescere dedidit. Nam (teste Villanovâ) *Quia majori ex parte sic vivitur, multitudo peccantium, pudorem peccandi adimit.*

S. Thom.
Villan.
Dom. 3.
Adv.

Villan.
Dom. 3.
Adv.

Sed quid de vanitatibus dico, quæ apud utrumque sexum tale sumpsere incrementum, ut apud matronas, & viros Ethnicos, & gentiles in veteribus monumentis ita invaluisse, quisquam se legisse vix meminerit, magis de alijs enormitatum sordibus, & sceleribus loquamur, si enim sæculi moderni impudicitias & ardorem luxuriæ consi-

IV.



deremus, ex in primarijs Christi-
 ut vix amplius aut uxor aut ma-
 ritus de violato conjugij jure
 erubescant, sub amicitia, comi-
 tatis, & lusù titulo depude-
 re docti, multitudine peccan-
 tium pudorem peccandi adim-
 mente. *Frons mulieris meretricis*
facta est: tu, nolisti erubescere, ex-
 probat Synagogæ idololatran-
 ti Jeremias Propheta, eò quòd
 instar meretricis de turpitudine
 sua erubescere jam desierit.

Eadem planè meretricis frons
 ut plurimum facta est plebi
 Christiana, quæ de peccatorum
 fordibus erubescere erubescens,
 etiam in peccatis gloriari non
 veretur; Nonne gloriantur
 milites & nobiles equites de du-
 ellis, & vindictis contra hostes
 sumptis? Nonne gloriantur pas-
 sim helluones, potentes ad bibendū
 vinum, viri fortes ad miscendam ebrie-
 ratem? Nonne gloriantur avari
 in pecuniis & divitiis malè con-
 quilitis, & oppressores paupe-
 rum de thesauris ex pauperum
 sudore & sanguine expressis?
 Nonne blasphemi de horrendis
 in cælum fulminatis blasphemis?
 An non impudicissimi
 homines de violato concugis
 thoro, de corruptâ virginum
 gloriantur pudicitia? Frons me-
 retricis facta est illis, nolunt e-
 rubescere amplius, imò verò,
 cum erubescere oporteret, ob
 multitudinem delinquentium
 gloriantur.

Meritò contra hujusmodi in-
 surgit Propheta regius: *Quid* Psal. 51.
gloriaris in malitia, qui potens es in v. 1.
iniquitate? Quasi diceret (notat Hugo hic
 Cardinalis à S. Caro) *hæc est mag-* Dementia
na dementia: sicut si avis gloriaretur 12a mag-
in laqueo, aut piscis in hamo, quo na gloria-
captus est. Magna utique demen- ri in pec-
tia, si maleficus captivus, in vin- catio.
 culis & compedibus ferreis, si
 leprosus de lepræ suæ immun-
 ditiis, tigris de maculis, æthiops
 de sua nigredine, si sordidatus in
 vestium suarum sordibus, tan-
 quam in vestitu deaurato gloria-
 retur, magna planè hæc est de-
 mentia, aut potius proterva præ-
 sumptio, non tantum non eru-
 bescere, sed etiam gloriari de
 malitia. *Et quomodo* (subnectit
 præfatus auctor) *liceret gloriari*
in malitia, cum non liceat gloriari in
sapientia, vel divitiis, vel fortitudi-
ne? Quid ergo de peccatorum
fordibus gloriari audent sordidi
peccatores? gloria eorum, stercus 1. Mach. 2.
& vermis. In sordibus ergo &
stercoribus suis, sicut sus in vo-
lutabro versata, gloriantur, cu-
jus contactum, & foetiditas for-
des quivis sanæ mentis exhor-
ret: gloria eorum stercus, &
foetor. Non adjicies ultra, ut
glorieris. Graviter nobilissimæ Isa. c. 23.
 Solymorum urbi sordes expo-
 brat Ezechiel Propheta: *Sordida* v. 12.
nobilis, grandis interitu. Idem ho- Ezech. c.
die de plebe Christiana deplorat 22. v. 5.
 Ecclesia: *O plebs Christiana!* Plebs
Sordida nobilis, quia (uti ex-
 ponit Hugo hic

Erubescere desierunt.

Jerem. c. 3. v. 3.

Isa. c. 5.

Gloriantur in malo

ponit Hugo) de nobilitate pauper-
tatis, cecidit in sordes abundantia
temporalis. Vel sordida, in vitijs,
in iniquitatibus, nobilis, propter
regalia quae habet, & quia in nobili-
bus personis secundum carnem abun-
dat modò: Sed sordida est propter
varia peccata: Est ergo plebs
Christiana, sordida nobilis, sed
grandis interitu, id est, paratus est
tibi grandi interitus, explicat Lyrā.

lummodo turribus nos agnoscere, quòd
in Christianorum regionibus versetur.
Si quis enim pagum, villam, ^{Non ex}
oppidum, civitatem ingredia- ^{moribus.}
tur modernis temporibus, tan-
tam in verbis impudentiam, in
moribus dissolutione, in actio-
nibus petulantiam, in incessu
vanitatem experietur, ut dubi-
tare non immeritò possit, num
inter Christicolas moretur, cum
non nisi sordes peccatorum, & fo-
etidum vitiorum lutum publicè
in pla eis dispersum intueatur.
Sordes ejus in pedibus ejus.

Lyranus
hic.

VI.

Isa. c. 23.
v. 4.

Erubescat
de sordi-
bus Chri-
stiani.

Hugo
Card.

Ex turri-
bus celli
gimus nos
esse in ter-
ra Chri-
stianorum.

Erubescite ergo sordida nobi-
lis, plebs Christiana nobilissi-
ma, sata sanguine divum, san-
guine Christi, sed sordida in
peccatis, erubescite de sordibus
tuis. Erubescite Sidon, ait mare,
id est, Tyrus munita, in ma: i si-
ta. Erubescite clericus, ait mare,
id est, laicus melius vivens, glossatur
Hugo: vel Erubescite Sidon, id
est, Praelate negligens, ait mare,
id est, subditus diligens. Vel eru-
bescite Sidon, claustralis corpens,
ait mare, seculari poenitentiam
faciens. Vel erubescite Sidon,
barbate comedens, ait mare, puer
abstinens. Vel erubescite Sidon,
id est, peccator, ait mare, id est,
peccatum. Erubescite Sidon, plebs
Christiana, erubescite sordida
nobilis de sordibus tuis, ait ma-
re, id est, populus infidelis, &
gentilis, quia populus Christia-
nus abiit in viam gentium, &
modum vivendi infidelium:
Unde alium suspirans devotus
Ludovicus Granatensis testatur:
Non ex operibus, sed ex templorum so-

Exacerbati contra Jeremiam, VII.

ex veritatis odio, aulici regis,
rulerunt Jeremiam, & projecerunt
eum in lacum... in quo non erat a-
qua, sed lutum, descendit itaque Je-
remias in caenum: ut nempe in eo
præfocatus moreretur, ille verò
usque ad collum mersus, ibi ma-
nebat, teste Josepho historico,
donec per Abdemelech Eunu-
chum Æthiopem extraheretur.
Jeremias representat populum
Christianum, vel peccatorem,
quem daemones miserunt in la-
cum, vitiorum scilicet, uti Inter-
linearis glossatur; Et tunc sor-
des ejus hærent in pedibus ejus,
imò sordes in manibus, sordes
in pectore, sordes in vestibus,
sordes in capite, sordes in fa-
cie, sordes in oculis, sordes in
auribus, sordes in lingua; Eru-
bescite plebs Christiana, sordida
nobilis, grandis interitu!

Jerem. 38
v. 6.
Christia-
ni immerse
in caeno.

Glossa
Interl.

Si

Si homo vestibus, corpore & facie totus incedat sordidus, non solum pudendus est, & foetidus, sed neque dignosci ex habitu, & facie potest: *Et non sunt cogniti in plateis.* Christiani subinde peccatorum sordibus immerfi non solum inter domesticos parietes, & lacum hærent, sed etiam hosce sordidos habitus, pedes, ora, & facies in publicis circumferre plateis nõ erubescunt, & sunt cogniti in plateis, in tali sordido vitiorum habitu, non sunt cogniti, quod Christiani sint.

Narrat Baronius, S. Martyri Attalo cum bestiis certaturo, & in Amphitheatrum producto, tabellam fuisse prælatam, hisce verbis inscriptam. *Hic est Attalus Christianus;* Christiani subinde ad bestialem sordidam vitam à dæmone protracti, tam parum Christiani hominis faciem, & habitum gerunt, ut operæpretium foret, in publicum prodituris tabellam præferri, vel frontibus eorum inscribi: *Hic est N. Christianus.* Aliter enim pro Christiano non erit cognitus in plateis, sed potius infidelis, aut bestia crederetur, & sus è volutabro producta. Sordes ejus in pedibus ejus & in facie ejus: non est recordatus finis sui, nempe *Christi*, uti notat Hugo: *Finis enim legis Christus, ad justitiam omni credenti.* Finis ergo sui,

id est, Christi non recordatur plebs Christiana, neque se sanguine Christi satam, & ejus nomine insignitam recordatur.

Ad hujus nostri nominis recordationem nos cum Isaia excitemus: *Tantum in te recordemur nominis tui: à Christo, Christiani dicitur.* subnectit Interlinearis. Cum tamen diversam longè, & absumilem Christo vitam ducamus. Egregiè antistes Valentinas:

Christum non solum non imitari, sed omnino contrariè vivere: Christus in paupertate, tu in divitiis: Christus in humilitate, tu in honoribus fistis, Christus in laboribus, tu in voluptatibus implicari. Totus adversus totus Antichristus, & vis cum Christo regnare? Christus puritatis amator, tu cœni inhabitator, Christus agnus sine macula, tu peccatorum maculis contaminatus, Christus odore virtutum te præcedit, in odorem trahens unguentorum suorum, & tu sordium tuarum foetore respersus, agnum purissimum, sus in cœno volutatus sequeris, totus Antichristus, totus sordidus & foetens; & amplexati sunt stercore.

Ergo saltem erubescere Sidon, erubescere sordida nobilis, plebs Christiana de sordibus tuis & ad pœnitentiæ fontem emundanda propera, lavanda in sanguine agni immaculati; En balneum

Thren. 4
v. 8.Non ag-
noscunturBaron.
An. 179.
n. 17
Nomen
fronti affi-
genium
foret.Hugo
Card.
Rom. c.
10. v. 4.

VIII.

Isa. c. 26.
v. 13.
Glossa
interl.S. Thom.
Villan.
Dom. 2.
Advent.
Christi
ni vita
Christi
videntur
Antichri-
sti.

Thren. 4.

IX.

Pro sordi-
bus nostris

neum tibi è proprio sanguine paravit Dei filius, surge, pro-
 pera, sordida nobilis, expectat
 te Dei filius de stercore erigens pau-
 perem. Psal. 112. O sordida nobi-
 lis, grandis interitu, quæ neque,
 ut munderis, curas, tergum,
 non faciem ostendens puritatis
 fonti. Immunditati tuæ execrabilis;
 quia mundare te volui, & non es mun-
 data à sordibus tuis: sed nec munda-
 beris priùs, donec quiescere faciam
 indignationem meam in te: Immit-
 tendo scilicet flagella, miseras,
 tribulationes angustias. Sed
 major omnium pœna hæc est, si
 sordidam plebem deserat Deus,
 eam in sordibus suis interire, &
 suffocari permittens: Qui in sor-
 dibus est, sordescat adhuc, & de sor-
 dibus peccatorum, in cœnum
 infidelitatis, & de hoc in lacum
 inferni demergatur.

Ne igitur de malo gravi in
 gravius, de sordibus in profun-
 dum stercoreum plebs Christiana,
 sordida nobilis, gravis interitu,

devoluatur, hortatur nos Præ-
 dicatores sancta mater Ecclesia:
 Docebitis ergo filios Israel, (scilicet
 populum, juxta mentem Lyrani,
 vel magistri subditos secundum
 glossæ Interlinearis expositio-
 nem) ut caveant immunditias, men-
 tis vel corporis: addit Interlinearis;
 & quidem teste glossa ordina-
 ria, omne peccatum immunditia est
 anime, ut non moriantur in sordibus
 suis, sed ab his mundati, & pur-
 gati, mundi ad finem suum Chri-
 stum pertingere, & sine macula
 ad immaculati agni nuptias, &
 gloriam pervenire valeant, quia
 non intrabit in eam aliquod inqui-
 natum. Accedite ergo sordidi
 nobiles Christiani, lavamini,
 mundi estote, auferite malum cogi-
 tationum vestrarum, excutite pul-
 verem, & sordem de pedibus
 vestris, ut vel sic in gloriam im-
 maculati agni intrare, & sine
 vestro ultimo, Deo, frui æ-
 ternum valeatis,
 Amen.

Ch. istus
 b. n. cum
 paravit
 ex suo san-
 guine.

Ezech. c.
 34. v. 15.

Mundari
 notum.

Apoc. c.
 22. v. 11.

Levit. 19.
 v. 31.

Glossa
 Ordin.

Apoc. 21.
 v. 27.

Isa. c. 10.
 v. 16.





DISCVRSVS XVIII.

Teth.

Sordes ejus in pedibus ejus, nec est recordata finis sui. *Thren. I. v. 9.*

DE ANIMA.

Finis ultimus animæ rationalis est Deus diligendus & fruendus, quo neglecto anima multum, imò toto cælo aberrat.

1.

Certantes & currentes.

Certum scopum intendunt.

Omnes curremus.

Pro præmio seu bravio *concertantes*, sive currendo, sive jaculando, ad suam metam accuratè, & finem intendunt, & se extendunt, Nam currens in stadio fixis semper oculis cursûs sui præfixum intuetur terminum, ad quem attingat; in equestri se ludo exercens, attentè in anulum vel caput, oculorum aciem retorquet, lanceâ, vel gladio figendum, quo adepto lanceam, confixo feliciter signo, ornatam, gloriosus vibrat. Jaculator intentissimo oculo in metam, seu scopum contuetur, nam singuli horum evanescente ex oculis scopo, aut signo, in incertum currentes, aut jaculantes, uti nec scopum, sic nec bravium attingent. In stadio *1. Corint. 9. v. 24.* curremus omnes, sed non omnes accipiunt bravium: Ex quo defectu? Quia non omnes ad scopum, signum, & finem suum præfixum intuentur, in incertum currentes. Quod etiam de peccatrice anima conqueri videtur Prophetâ, *non est recordata finis sui,* dum in incertum currens, è mente & oculis finem, & scopum suum evanescere sibi passa est. *Ergo sic currite, finis vestri semper memores, ut comprehendatis.* Quis autem sit iste finis, & scopus animæ nostræ, ad quem semper mentis oculis intendere debet,

bet, ex neglecto in vanum laboratura, & multum aberratura, in presentia breviter exponam.

II. Unus omnibus in stadio currentibus, & jaculantibus praefigitur scopus, aut signum, ad unum omnes. Aequè omnibus pro bravio caelestis gloriae concertantibus unus scopus proponitur. Porro unum est necessarium, ad unum omnes. Qui extra hunc scopum ad alia se extendit, aut alijs intendit, in incertum currens, ab uno illo solo necessario aberrat, unde vagam & diversis intentam Christus interpellat Martham; *Martha, Martha, sollicita es, & turbaris erga plurima: Ad unum ergo, ut intendat, hortatur. Porro unum est necessarium: Et quod illud unum, quod multis, imò omnibus praeponebatur est? Ipse Deus: qui unus est, respondet Lyranus: Iste ergo unicus est finis, & scopus, animae nostrae, ad quem intuebatur, & fruendum ipsa anima fuit creata: in quem finem etiam*

Luc. 10. v. 42.

Vnum necessarium.

Est Deus.

Ioan. c. 13 v. 1.

Glossa moral.

Singula creaturae diversos habent fines.

Villanova: *Habent omnia sub sole, destinata, & propria officia, quibus s. Thom. exerceantur, & nihil penitus in toto orbe otiosum. Caelum voluitur, astralucet, sol irradiat, terra germinat, plantae pululant, arbores fructificant, bruta quoque destinatis officijs homini deserviunt, alia portandis oneribus, alia colendis agris, alia custodiendis hereditatibus, alia deserendis hominibus, sicut cuique à natura donata est habitas, ita servit.*

III. Cum ergo omnes creaturae & animantia ad certum finem, & officium, in quo homini inferriant, sint creata, optimè inferri memoratus antistes, nunquid homino solus sine officio erit? Nunquid Domine vanè constituisti filios hominum? Absit, ut homo solus vanus sit. Quæramus ergo, quod sit officium hominis proprium? quid opus illud, in quod conditus est? Hoc enim scire, maxime hominem decet, ut illud exequatur, & impleat; Qui enim iumentis proprias actiones adaptat, suam ipse ignorare non debet.

Inquiramus igitur in singula hominum genera, quæramus agricolam, quod tuum, vir bone, officium? Quis finis vitæ tuæ? Arare, seminare, plantare, metere, pecorum agere curam & in sudore vultus mei, vesci panem meo. Et quod tuum mechanicè officium? Texere suture, filare ædificare, dolare, ferrum tundere, limare &c. Et quod tuum mercator officium? Emere, vendere,

Quod officium & finis hominis. Psal. 88.

Scire hoc & exequi convenit.

Artificum qui finis?

Cornel.
in Epist.
Iudæ. v.
13.

Magna-
sum?

dere, de regione in regionem, de nundinis ad nundinas transire, prout mercatores, *planetarum urbium* olim appellari consueverunt, qui tanquam stellæ erraticæ nusquam fixam habent sedem. Et quod vestrum officium nobiles, & magnates? Regere, militare, reipublicæ gubernationi intendere. Et vestrum literati? Scribere, docere, advocare, &c. Verum quidem est, quod ad statum naturæ lapsæ hæc officia pro conservanda republica requirantur, non tamen hæc sunt officia, & finis ultimus, ad quem creatus est homo; Nam omnia hæc in statu innocentie originalis (in quo creatus est homo) erant supervacanea, sicut igitur non ad statum naturæ lapsæ Deus creavit hominem, sic nec ad ea officia solum, & functiones, quæ istum statum consequuntur. Tam stupida igitur est creatura humana, ut non recorderetur finis sui.

IV.

Epicurei
pro sine
habent
volupta-
tes.
Seneca.

Si ex aliis quæras, ad quod officium, & finem creati sint? Ad comedendum & bibendum, ad divitias & delicias, se creatos certò sibi persuadebunt. O verè gens sine consilio, & absque prudentia! Agnoscebat gentilis Seneca, vel ex solo naturæ lumine, non se ad tam vilia natum; *Major sum; & ad majora sum natus, quam ut vile mancipium sim sensuum meorum.* Brutorum animalium

iste finis est, & officium, non hominis, & quidem inter omnia animalia bruta nullum porco dejectius, cuius Lactantius graphicè describit fœditatem, & immunditiam. *Est enim (ait ipse) lutulentum hoc animal, & immundum: nec unquam cælum aspicit, sed in terram toto & corpore, & ore projectum, ventri semper, & pabulo servit. Nec alium, dum vivit, præstare usum potest, sicut ceteræ animantes, quæ vel sedenti vehiculum præbent, vel in cultibus agrorum juvant, vel plastra collo trahunt, vel onera tergo gestant, vel indumentum exuvijs suis exhibent, vel copia lactis exuberant, vel custodiendis domibus invigilant, &c.*

Homines rurales & mechanici, qui (sine ultimo neglecto) ad laborem solum se natos & creatos astimantes, hunc finem suum esse sibi persuadent, laboriosi equi, bovis, aut cameli, &c. similitudinem induerunt, *sicut iumentum ante te.* Sed qui finem suum præcisè in carnis voluptatibus, & mundi delicijs ponunt, non honestius, quam porci nomen merentur, sordidi & lutulenti. *Sordes eius in pedibus eius, non sunt recordati finis sui.* Hi enim porcorum instar toto corpore & ore in terram & cœnum projecti, ventri semper & gulæ servientes, alium nec sibi, nec proximo usum præstant, neque cælum aspiciunt, porci propriè

Epicu-

Lactant.
l. 4. c. 17.

Sus abie-
ctissimum
animal.

Epicurei;
sunt porci.

Epicurei vocandi. Et sordes in pedibus eorum.

De porcorum natura non minus amaro scribit animo Plinius:

Plin l 8. c. 51. *Animal hoc maxime brutum, animamque ei pro sale datam, non illud esse existimatur.*

Anima est porco pro sale.

Nec minus Epicurei porci, animæ suæ dignitatem non agnoscentes, eam sibi pro sale, qui carnem à putredine conservat, datam æstimant; Sicut enim caro deficiente sale putrescit, sic carnis & corporis sui defectum & putredinem deficiente anima sequi putant, adeoque sicut corpus ad delicias carnales, sic animam ad corpus à corruptione conservandum, creatam esse sibi imaginantur, ut potentias suas nutritivam, generativam, & sensitivam exercere valeant. O bestiale, & brutum hominum genus, quod sordibus immersum, non recordatur finis sui, nec dignitatem hominis agnoscit, ad imaginem, & similitudinem divinam creati, in cuius faciem inspiravit Deus spiraculum vitæ, sive (ut cum Ambrosio, Augustino, Chrysostomo, & Lyrano loquar) spiraculum Dei formæ vitæ, scilicet rationalem animam, quæ spiret ad Deum, ad cælum, & cælestia.

Cornel. Gen. c. 1. v. 7.

Notat etiam Cornelius, quod sicut unima habet in se imaginem Dei, sic corpus in se habet imaginem cæli: Caput nostrum sex ossibus compaginatum, in simi-

litudinem cælestis sphaeræ, rotunda concavitate formatum est: oculi, tanquam duo lucentia sidera, corporis tenebras illuminant. Quare merito erectam homini staturam, Deus esse voluit, cum cæli imaginem habeat. Os homini sublime dedit, cælumque tueri iussit. Quemadmodum autem corpus, & facies, ita & anima sursum erecta esse debet. *Notandum, (ait Doctor Angelicus) cum homo habeat figuram corporis erectam, ad cælum, si anima non erigeretur ad contemplationem cælestium, videtur corpus esse nobilius animâ.*

Homo cæli non se esse speciem refert.

S. Thom. in Comment. super Boëtium. l. 4. metro. 5.

Sicut ergo homo non graditur supra pectus suum, & terram commedit, velut serpens à Deo maledictus, neque instar aliorum animalium os in terram demittit, nec in cœno volvitur velut sus in volutabro, sic nec ad brutorum animalium sensuales appetitus, & terrena desideria, sed ad altiora, cælestia, & divina creatus est. *Naturam rationalem ad hoc solum esse factam, ut factorem suum verum Deum intelligat (asserit Seraphicus Doctor) intelligendo diligit, diligendo, in eo, qui est æterna vita, æternaliter permaneat, & beatè vivat.* Ille, iste finis tuus, & creatura nobilissima, & homo, Dei formi spiraculo vitæ, animate: In hunc finem, in hunc scopum totis animæ viribus intendas necesse est, hoc

Gen. c. 3. Homo erectus.

S. Bonav. de 7. l. in æternit. in prologo.

Ut ad Deum se erigat, intelligendo, diligendo.

unum enim est necessarium, quid ergo sollicita es o anima, & turbaris erga plurima? Relinque plurima, desere varia, contemne omnia, & unum dilige, unum quare, unum appetere, quia unum est necessarium. Una uni, clamabat magnus contemplator Egidius.

V.

Hoc unum quarebat, & suspirabat Apostolus, (uti notat S. Thomas de Villanova) dum ad Philippenses suos scribit:

Philipp.

a. 3. v. 13.

Unum autem, quæ quidem retrò sunt, obliviscens, ad ea verò, quæ sunt priora extendens me ipsum. Unum autem, supple: Necessarium est, inquit Anselmus, vel juxta Chrysostomi mentem: Unum hoc studio, & ago, uni huic totus intendo;

Unum hoc quarebat Paulus.

Quid autem unum hoc sit, in sequentibus se verbis explicat, nempe quòd omnium, quæ retrò sunt, id est, temporalium bonorum, & lucrorum obliviscens, (uti explicat Angelicus) ad priora, id est, ad æterna, se extendat, ait Hugo. Ad priora, id est, cœlestia, glossatur Interlinearis se extendens, toto desiderio, sola intentione. Dum ergo omnia, quæ retrò sunt, id est, terrena (juxta expositionem glossæ Interlinearis) Paulus relinquit, oblivioni dat, & contemnit velut stercora, ad priora solum, id est, cœlestia, & divina, & ad unum se totis viribus extendit, unum desiderat, & suspirat:

Non utique tria, vel duo (notat Interlinearis hic) sed unum, quod verè est unum, in quo omnia bona: Unum scilicet Deum intelligendum, diligendum, & æternaliter fruendum.

Hoc est unum illud necessarium optimum, (addit Villanova) quod sancti Patres in eremo requirebant, qui relictis omnibus, quæ desiderari possunt, huic soli operi tam sedulo, & tam sollicitè vacabant, ut grandem jacturam facere viderentur, si vel per horam ab eo cessarent. Desixit namque in cœlum oculis, eos ad ista terrena deflectere ultra nolabant; Et de-

Ab uno hoc nunquam se avertent. Sed nunc legendo, nunc orando, nunc meditando, nunc contemplando, velut è diversis locis in unum signum, cordis sui sagittas dirigebant.

Hoc ergo signum, hic scopus, hic finis est hominis, quem semper præ oculis habere, & in eum omnes desideriorum suorum tela dirigere debet anima rationalis, in hoc solo, & uno fine & scopo quietem repertura. Hunc finem & scopum fixum, & stabilem qui negligunt, aliosque fines & scopos inquirunt, nullam finem & scopum suorum appetituum attingunt, imò quòd plures fines appetunt, eò minus apprehendent & quietem inveniunt, à fine quæsito semper aberraturi: Ut verè sic anima, non recordata finis sui, & ab eo aberrans, cum gemitu exclama-

re

Thro

v. 1

v

m

cav

str

A

re

fo

VI.

Alios fi- nes qua-rens.

Unum & verum nunquam attinget.

Thren. 3. re debeat : Perijt finis meus.

vagabundus animus, inani labore dis- Thren. 3. currenti fatigetur, non satietur... Imò 3. v. 18.

Siquis (ad signum & metam missurus sagittam, aut globum plumbeum) oculo vitrum diversis incisum angulis, & apicibus præfigeret, non unum tantum, sed denos, & videnos præ oculis haberet scopos, & signa, & tamen explosurus bombardam, seu sclopetum, aut emissurus sagittam, nullum attingeret scopum, sed aberraret ab omnibus, nisi inter eos scopos unum & verum dignoscens in hunc solum intenderet, nam hoc uno & vero apprehenso, & adepto, omnes alios attinget.

Applicat mentis nostræ oculis mundi vanitas quasi vitrum fallax, & deludens mentis oculum, quo tot nobis representantur scopi & fines, quot desiderabilia appetitus noster objecta habere potest, unum tantum necessarium & verum rationalis appetitus objectum, summum scilicet, & optimum bonum animus sibi vel non proponit, vel ita obscure, & confuse, ut istud inter diversas & falsas finium species non discernat, multò minùs intendat, fictas tantum & vanas scoporum species venando, nec eos tamen apprehensurus, sed eò plus deludendus, quò plures attingere tentaverit. Quod probè insinuare videtur Doctòr mellifluus. Ita enim fit, ut per vania & fallacia mundi oblectamenta

Aberrare facit à scopo.
Sic homo multos fines querens.
S. Bern. de dilig. Deo.

verò his anfractibus ludit secum vanitas, mentitur iniquitas sibi. Currens enim ad finem apprehendendum, inter multos deluditur, & fatigatur. Hoc ergo (pergit Bernardus) in circuitu impii ambulans, naturaliter appetentes, unde finiunt appetitum, & insipienter respuentes, unde propinquant fini. At quò magis appropinquare, & palpando finem attingere sperant, magis aberrant. Perijt finis meus. Quamobrem (subnectit porrò Mellifluus) nõ beato sine consummari, sed consumi vacuo labore accelerant, qui rerum magis specie, quàm auctore delectati, priùs universa percurrere, & de singulis cupiunt experiri, quàm ad ipsum curent, universitatis dominum pervenire.

Dum ergo circa omnia & plurima solliciti mortales vagantur, & hæc omnia, & unum illud necessarium, metamque suam, & finem amittunt, qui si unum illud optimum & necessarium intenderent, simul omnia apprehenderent, cum, & in illo, qui est unum, & omne bonum. Hoc autem negligentes, & à fine suo aberrantes, omnia perdunt, & quietem nusquam inveniunt: Perijt finis meus. Alij vertunt: Perijt stabilitas mea, & ut Cornelius explicat, perijt stabilitas, vel hic finis meus, id est: Non est, quòd deinceps sperem ullam quietem, libertatem

Vnum. & verum nõ invenit.

VII.

Talis Perdit quietem & finem

Cornel. hic.

sem, gaudium, aut consolationem: Et consequenter quia verum & ultimum bonum & finem amisi, periit finis meus, hoc est, nullus erit malorum meorum finis, juxta præfati auctoris explanationem.

Errorem hunc suum, quo à fine suo aberrarunt, agnoscent, sed serò nimis, damnati in inferno, præ angustia spiritus gementes, & exclamantes: Ergo erravimus! Erravimus imprimis à fine & meta nostra, quam insensati proposuimus nobis: Erravi, clamat superbus Holofernes, & periit finis meus, & desiderium, totum orbem ditioni Assyriorum subjiciendi. Periit finis meus clamat Absalon præripiendi patri meo coronam regiam: erravi & periit finis meus, ingemiscit Antiochus, Judaicum populum, & sancta Sanctorum penitus evertendi: Erravi & periit finis meus, suspirat ex furca Amanus, Mardocheum cum tota Israëlitarum gente eradicandi. Erravi & periit finis meus, cocervandi divitias, lamentatur avarus; Periit finis, fruendi deliciis, vociferatur libidinosus; periit finis meus, honoribus potiundi, deplorat ambitiosus, periit finis meus & nullus erit malorum finis.

Ergo erravimus! Et erravimus non tantum à fine nostro vanissimo, quem intendimus, sed maxime à fine nostro ulti-

Erraverunt toto celo.

mo, quem nunquam respeximus: Erravimus, & toto celo erravimus, erravimus, & in æternum, errorem nostrum corrigere non valebimus.

Ridetur jaculator, si à meta aberraret, quæ circulum unius mensuræ non excedit, & nos ab erravimus toto cœli circulo, qui tot milliades milliarium in se continet: Erravimus à Deo, qui circulus est, cujus centrum ubique, & circumferentia nusquam, in quo vivebamus, movebamus, & eramus, & tamen erravimus ab hac meta, scopo, & fine nostro. O quàm pudendus! o quàm enormis! o quàm irreparabilis error! Quid pro-

Puden-
dus & e-
normis
error.

à celo, &
Deo ab-
errare.

Sap. c. 6.
v. 8.

fuit nobis superbia, aut divitiarum in-
stantia quid contulit nobis? Semper
illam, tanquam finem insequer-
batur, nec tamen plenè conse-
quebatur: *Transferunt omnia illa,
tanquam umbra*: Periit finis nos-
ter vanissimus, & ereptus est
nobis finis noster ultimus, &
præcellissimus: & sic periit om-
nis finis noster, ab omnibus, &
à toto aberravimus. Perdidimus, quicquid à mundo speravi-
mus, & meritò cœlum denega-
tum est, quod insensati nos, tam
parvi aestimavimus. Ergo er-
ravimus: Ergo erravimus.

In bello (ut commune fert
proverbium) non licet bis er-
rare, sed nec à cœlo & Deo bis
errare licet: Qui semel erravit,
&

VIII.
Non licet
bis errare

Pfal. 57.
v. v. 4.

& aberravit, æternū erravit. Verūm quidē est, quōd multi peccatores .. erraverunt ab utero, sed postea pœnitentiā ducti, errorem suū correxerunt, oculos mentis ad unum, & optimū finem, & scopū dirigendo; sed si in ultimo puncto, à gratia finali aberratur, tunc æternū erratur, tunc actum est: Perit finis meus, & nullus erit malorum finis.

Recordare igitur (O Anima!) finis tui, & siquidem ab eo hastenus, in plurima, distracta aberrasti, converte aciem mentis tuæ ad unum, & necessarium finem, Deum tuum, diligendum & fruendum. Nauta in alto mari jactatus, quamdiu errantia tantū respicit sidera, nunquam attinget portum, sed fixum semper contemplatur polum, qui si ex oculis evanuerit, duce magnete illum in-

quire non desistit, nunquam eo reperto aberraturus. In tumultuoso hoc mundi pelago jactatus, O homo, noli sequi errantia vanitatum sidera, sed polarem, & fixam respice stellam, Deum tuum, à quo si aberraveris, divinam implora gratiam, quæ tanquam magnes te diriget ad Polum, finem tuum. Quare ergo finem hunc, cum patiente Propheta sedulo recogita, quis finis meus, ut patienter agam? Hunc tibi finem per dies ac noctes oculis tuis propone, in omnibus locis, & negotiis, hunc finem intende, in hunc omnes cordis tui sagittas dirige; Divinam, in hunc finem, implora gratiam, quæ te finaliter non deserens, ad finem tuum summum, unum & optimum æternaliter perfruendum te adducat, & perducatur.
Amen.

Nauta
polum semper respicit.

Duce magnete.

Iob. c. 6.
v. 11.

